

05

A

2086





Q. F. F. S.
THESES POLITICAS,

In Almâ Leucoreâ,

PRÆSIDE

RECTORE MAGNIFICO,

VIRO

NOBILISSIMO, AMPLISSIMO, EXCELLENTISSIMO

DN. CHRISTIANO Röhrenseen/

Phil. Pr. Prof. Publ. Celeberrimo,

Dn. Patrono, Præceptore ac Promotore submissè colendo,


Publicæ Disquisitioni sistit

M. CONSTANTINUS FEHLAVIUS,

Gedano - Prussus,

Ad Diem 4. Sept. A.O.R. M, DC. LXXX,

In Auditorio Majori.



WITTENBERGÆ,

Imprimebat CHRISTIANUS SCHRÖDTERUS.



THESIS I.

MAximam in his terris, ubi à
 Deo recesseris, Rerum-pu-
 blicarum Principes pote-
 statem habent, ac tantum abest, ut
 Clericis, Pontifici etiam Romano,
 quibus alioqui communi gentium o-
 pinione summa deferri solet digni-
 tas, in eorum sive vitam sive fortu-
 nas concessum est imperium, ut po-
 tiùs ipsi Summæ eorum potestati
 subiecti & ad exequenda subditorum
 officia sint obligati.

THESIS II.

Quin & Religionis atq; Sacrorum
 cura in cultu externo ad Majestatem
 civilem pertinet, nec nisi pactis impe-
 diri

diri potest, quò minus Religionem
antecessorum suorum vel approbet,
vel permittat, vel novā etiam intro-
ducat.

THESIS III.

Cumq; hæresis sine peccato neq; di-
rectè neq; indirectè juvari, tolerari
tamen possit, licet, imò decet, si citra
Reipublicæ periculum nulla eam ex-
tirpandi spes relicta sit, tam quoad
personas & bonorum priorum
possessionem, quàm ipsum quoq; Re-
ligionis exercitium cum hæreticis pa-
cem inire perpetuam, in itamq; san-
ctè servare, usq; dum mutuus paci-
scentium consensus, aut unius eorum
perfidia illam resciderit.

THE-

THESIS IV.

Subditis verò, Statibusq; Reipublicæ, jura Majestatis non habentibus, in Principem legitimum quemcunque, sive fidelis ille sit, sive infidelis, pius sive impius & hæreticus, nullo jure licet insurgere. Licet tamen, imò decet, ea, quæ à summa hâc Majestate contra jus divinum præcipiuntur, omittere, neque proinde criminis læsæ Majestatis rei agi poterunt.

THESIS V.

Defendere se quidem, quod si res aliter transigi nequeat, contra Principem infidelem & hæreticum, subditos ad impia sacra & falsam Religionem cogere volentem, armatâ etiam manu, omninò licet; non tamen hoc omnibus, sed iis demum est concessum, qui jura Majestatis cum illo habent divisa.

THESIS VI.

Quanta quanta verò Summorum Imperantium Majestas sit atq; potestas, legibus tamen divinis, pactisq; fundamentalibus, quibus imperii dignitas, Reipublicæ status & salus conservatur, nunquam non tenetur.



05 A 2086

ULB Halle 3
003 783 09X




5b

2086







Farbkarte #13

B.I.G.

2

F. S.
POLITICAS,
 eucoreâ,
 IDE
MAGNIFICO,
 O
 IO, *EXCELLENTISSIMO*
NO Röhrenseen/
 l. Celeberrimo,
Promotore submissè colendo,
 sitioni sistit
US FEHLAVIUS,
 Prussus,
 O. R. M, DC. LXXX,
 o Majori.

 ERGÆ,
 NUS SCHRÖDTERUS.